



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Lvcas Evangelista. 18. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

his? quin etiam improbe illam ex animo tuo
maginam deles, quam suâ manu, cum te finxit,
Numen depinxit? Sed quid ajo? dudum hanc
recus deformavit, & suis te coloribus pinxit. Hoc
num audi. Aut fallor ego (imò non fallor).
ut, si terræ filius bellum porrò cælis movere per-
gis, si sedibus suis Superos deturbare laboras, ful-
men etiam tu senties. Erat hoc furiosum lacesse-
re. Itaque flagra, taureas inclamat tyrannus: his
acerum in vincula, inde inter lapidum imbres ad
infamem mortem raptari jubet. Sed ecce adest,
qui ex itinere, amputato altero pede, Divum cæ-
lo transmittit; profuitque ad compendium viæ,
pedem abjecisse. *Ex Surio & Menais.*

*Inspiciens est, qui se à Paradisi gaudiis peregrinum
non considerat, & se exulem in hoc exilio non
attendit. Stultus est, qui licet ista cognoverit, li-
berari tamen à mundi miseriâ per vitæ meritum non
attendit. Auctor Spec. peccat. tom. 9. S. Aug.*

S. LVCAS EVANGELISTA.

18. Octobris.

LVCAM nobis Antiochia Syriæ peperit, edu-
casse verò ipsæ in sinu suo Musæ videntur.
Nam literis & Ægyptiis & Græcis omnibus ex-
cultus, arte insuper medicâ clarissimus habitus
est. Sed nihil hæc omnia ad illa, quæ in Christi
scholâ grandis discipulus didicit, sui Deique
agnitionem. Fertur etiam socius Cleophæ fuisse
in Emaus eunti, tunc cum ambobus à morte CHRIS-
TI se comitem junxit, hospesque non asymbo-
lis mensæ accubuit. Post hujus verò, quem in ce-
lestis duxit, triumphum, ubi in orbis partitionem
cum cæteris Apostolis venit, fidus magno Paulo



in omni itinere, quin aded in vinculis Acharis, Christi primò vitam mortemque, tum, quæ Apostoli alij fortiter fecerunt, perscripsit. Abiit enim cum annu ageret quartum supra centesimum, & tunc etiam memor medicum se esse, ægris vel è tumulo medicinam, oleum saluiferum propinavit. Illud pænè memoriam fugisset. Primus fuit LVCAS, qui MARIAM felici manu depingeret, in eâ tabellâ, quæ etiam hodie miraculis luget, dignus profectò, cujus penicillum Mariani omnes imitentur, idem in animis faciendo, quod LVCAS in tabellâ fecit. Ex tom. 1. Baron.

Recurramus ad innocentiam primitiva Ecclesiæ, ut discamus & possessa relinquere, & in regia paupertatis simplicitate gaudere. Non nos à caelesti itinere carnalis illecebra retrahat lenocinium, quibus per præcedentis Redemptoris introitum patet alicuius calorum. Pet. Dam. serm. de S. Luca.

S. IVSTVS M. 18. Octobris.

DOmi cum parentibus IUSTVS puer, ac in servitute frater Iustinianus agebat. Igitur nec sinus jam matris, nec oscula patris atridebant IUSTO, quæ dividere cum germano non licebat. Multis proin lacrymis persuadet tandem patri, secum ereptum è servitute fratrem eat. Itur. Amibianum venit. Hic et si IUSTVS fratrem nunquam vidisset, inter multa tamen mancipia continuo agnoscit; indicium cognato intus sanguine faciente. Sic dimidio sui jam auctior dum domum redit, à Ricciovaro equites adsunt. IUSTVS postquam spelæo patrem fratremque abdidit, obvius it exploratoribus. Scilicet hi mortem intendant, nã comites prodat. Sed negat ille didicisse se

19. Octobris.
parentes
caput pr
crudelior
Martyris
collit
ed triste
Verum se
le filii fec
didisse.
matri fer
to lumen
oculis ce
IUSTO i
exemplu
idear. E
Si prop
quid ma
ingua? S
salute al
salutis er
S. Chryso
S. V
Vidi
licis
cum in i
pugnavit,
ocasio ha
nullis libe
tum VAR
to celum
tat. Sed
meretur
tionem su
gentia de